



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 62. Ejusdem Cardinalis scripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

linquis celebretur, a Nobis tamen sine spe- Sæc. XVII.
ciali laude, tanquam Romanæ Ecclesice A. C. 1704.

splendidissimum lumen, nunquam est nomi-
nandus.

Postea Norisius omnibus fer- Const. Be-
me Congregationibus Romanis accen- ned. XIV.
sus, quo magis illum tanquam Jan- 126. Bull.
senii asseclam ejus adversarii traduxere, magn.
eo celebrior, cunctisque Literatis pro- part. 10.

bisque acceptior evasit. Tandem hy-
dropisi laborans Romæ die vigesima
tertia Februarii pie in Domino obiit,
annos natus septuaginta tres.

§. LXII.

Eiusdem Cardinalis scripta.

Præter memoratam Historiam Pela- Dupin now.
gianam unacum Vindiciis Augusti- Bibl. t. 17.
nianis Norisius scripsit Censuram in No- pag. 146.
tas Garnerii ad inscriptiones Epistola- Niceron t. 4.
rum Synodalium XC. & XCI. Differ-
tationem de Numismate Impp. Diocle-
tiani & Maximiniani, Cenotaphia Pi-
fana, Fastos Consulares Anonymos.
Annum & Epochas Syro- Macedonum,
Dissertationes de Paschali Latinorum
cyclo annorum LXXXIV. de cyclo Pa-
schali Ravennate annorum XCV. His-
toriam controversiæ de uno ex Trinitate
passo, Parænesin ad Joannem Hardui-
num, Dissertationem de numismate
Licinii Augusti, Dissertationem Chro-

P 2 nolo-

Sæc. XVII. nologicam de votis Decennalibus, Epistola ad Antonium Pagi de nummo Herodis Antipæ, Epistolam Consularem, Apologiam Monachorum Scythiæ, Synopsin Historiæ Gotheschalcianæ, Adventoriam circa inscriptionem libri S. Augustini de gratia Christi quam acerbis adeo verbis confutavit P. Macedo, ut utrique silentium a S. Congregatione imponeretur: prodit tamen contra Norisium libellus, cui titulus: *Propositiones parallelæ Michaeli Baij, & Henrici de Noris*, cui hic opposuit, *Censuram Norisii supra responsionem propositiones Parallelas*, & somnia quinquaginta F. Macedo in itinerario S. Augustini post Baptismum Mediolano Romam.

Bull. magn. Bened. XIV. Edidit quoque Dissertationem de sanctitate Syricii Papæ, occasione nata ex dubio: An ejusdem Pontificis Missa & officium concedenda essent Canonicis Basilicæ S. Joannis in Laterano. Haec dissertationem diu incassum quæstam tandemque inopinato inventam Benedictus XIV. Papa, ac postea tomo quarto Editionis Veronensis Anno 1732 impressam refert. Inter ejus opera postrema recensentur Historia Donatistarum, Appendix ad eam, Corrigenda & addenda ad Historiam Pelagianam, Thraso, seu miles Macedonianus, epistolæ variæ, dissertatio de Patri-

etitate
part. II.
pag. 251.

Patriarchatus Aquileiensis origine & Sæc. XVII.
Historia de investitura in dignitate Ec- A.C. 1704.
clesiastica.

§. LXIII.

*Joannis Baptista Costagutti Cardi-
nalis decessus.*

Tertius ex Purpuratis hoc anno de-
natis erat Joannes Baptista Costa-
guttus, patria Romanus, qui emenso
studiorum curriculo ab Alexandre VII.
varias ditionis Pontificiæ urbes regen-
das suscepit, atque a Clemente IX. Ca-
meræ Apostolicæ Clericus, & demum
ab Alexandre VIII. Cardinalis renun-
tiatus est: Mortuo Innocentio XII. Ot-
tobonus Cardinalis nil intentatum re-
liquerat, ut Costaguttum potissimum
Cardinalium suffragiis summum Pon-
tificem declarari impetraret: Ferunt,
ejus animum in conceptæ dignitatis
Pontificiæ recordatione, ac desiderio
tam profunde fuisse demersum, ut se
jamjam Pontificem reputans, se Ur-
banum IX. appellarat, & cum in ima-
gine ejus memoriæ nequidem noctu
silentium esset, de consistoriis, de Car-
dinalium electionibus &c. in somniis
sermones habuerit: Postea vero eva-
porato Pontificii honoris fumo sibi red-
ditus, totum se pietatis exercitiis di-

P 3 cabat,